est. Nā mortē z resurrectionē xp̄i figu-
ram z imaginē z silitudynē eē. manife-
ste declarat ap̄ls dicens. Xps̄ mortu⁹ est

p̄ delictis n̄ris z resurrexit p̄ter iustifi-
cationē n̄ram. Et Petr⁹ ap̄ls. Xps̄ pas-
sus est p̄ nobis. vobis relinquēs exem-
plum vt sequamur vestigia eius. Ergo
mors xp̄i exemplū fuit vt p̄ctō mortua-
mur. z resurrectio ei⁹ exemplū fuit vt
iusticie v̄itiam⁹. Si em̄ v̄itas non fuit.
q̄ xp̄s̄ de mortu⁹ nō fuit. z de nō resur-
rexit. h̄ z mors eius z resurrectio eius
vera nō fuit. h̄ absit hoc. Nā p̄pha d̄ eo
p̄dixit. Vere languores n̄ros ip̄e tulit
z dolores n̄ros ip̄e portauit. Altaris er-
go sacramētū est v̄itas z figura. Tria
quippe sunt in hoc sac̄o discreta vide-
licet forma visibillis. veritas corpus. et
v̄ritas sp̄ualis. Forma panis z vini ve-
ritas carnis z sanguinis. v̄ritas caritat̄
z v̄nitatis. Pr̄mū oculo cernit. secun-
dum aīo credit. terciū corde percipit. Pr̄-
mūm est sacramētū z nō res. secundū
est sacramētū z res. terciū v̄o est res z
non sac̄m. Sz p̄mū est sac̄m gemine
rei. terciū est res gemini sacramētū. secu-
dum at̄ est sac̄m vni⁹ z res alteri⁹. Nā
forma panis v̄trāq̄ xp̄i carnē significat
i. veram z mysticā. h̄ verā carnē z conti-
net z significat. mysticā v̄o significat. h̄
nō cōtinet. Sicut em̄ vn⁹ panis ex mul-
tis granis conficit. z vnū vinū ex diuer-
sis racemis conficit. sic z corpus xp̄i ex
multis mēbris cōponit. z v̄ritas ecclia-
stica ex diuersis p̄sonis cōsistit. i. in p̄e-
destinatis. vocatis. iustificatis. z glorifi-
catis. nam q̄s de p̄destinavit hos z vo-
cauit. z q̄s vocauit hos z iustificauit z
D̄i ap̄ls. Vn⁹ panis z vnū corp⁹ mul-
ti sumus. In cui⁹ rei typū est facta ar-
cha d̄ni de lignis seshim. q̄ sunt incōpu-
tribilla. z albe spine silia. Pars q̄ q̄ s̄ba
corporis z sanguinis xp̄i est sacramen-
tum z res. sed alterius sacramētū ē res
z alterius rei sacramētum. Est em̄ res
p̄mū q̄ signat z t̄inet a p̄mo videlicet
a forma visibillis. z est sacramētū terciū
q̄ fecit z efficit terciū. i. v̄nitatē ecclia-
sticā

Liber Quartus

ca. Di & B misteriu fidei qm aliud ibi cer
nit & aliud ibi credit. Ceruit ei spēs pāis
& vini & credit veritas carnis & sanguis
Quō autē hīc dī misteriu fidei alibi dicit
spūs & vita. Spūs em̄ est misteriu. fm̄
illud. Ita occidit. spūs autē vivificat. Et
fides est vita. fm̄ illud. Iust⁹ me⁹ ex fide
vivit. Hinc ḡ dñs ait. Verba q̄ locutus
sum vobis spūs & vita sunt. Vex cū cō
secratio pficiat sacm̄ & post psecratioēz
nō sit in altari panis aut vinū. querit q̄
panis est corpis. aut qd̄ vinū est sangui
nis sacm̄. Nā si dicat q̄ panis q̄ fuit. v̄
vinū qd̄ extitit. p̄fecto nec ille corpis.
nec illud est sanguis sacramentū. qz pa
nis trāsivit in corp⁹ & vinū in sanguinez
Si dō dicat q̄ species illa q̄ remāsit. il
la quidē nec extitit ex granis nec p̄stū
xit ex racemfacinis. qm̄ ex hīs nō p̄ue
nit accidēs s̄ s̄ba. Quā ergo similitudī
nē assignabim⁹ inter sacramentū rei. et
rem sacramētī. Nā si sacramēta nō ha
berēt similitudinē rerū quāz sunt sacra
mēta p̄p̄te sacra non dicerent. sicut sa
cramentū baptismi qd̄ ē ablutio carnis
exterior. similitudinē habet significati. qd̄
est ablutio mētis interior. Sane sacm̄
istud in eo gerit similitudinē corpis. in q̄
panis similitudinē rep̄sentat. Species
ḡ panis sacm̄ est corpis non solū rōne
rei signate. vex etiā ratiōne p̄tēte. Que
rit autē vtz species panis & veritas cor
poris vnū sint sacramentuz an diuersa.
Et videt q̄ diuersa. cuz em̄ diuersa sint
signa videt. q̄ diuersa sint sacramenta.
P̄terea scriptū est. Perficiat in nob̄
q̄s dñe tua sacramēta qd̄ p̄tinet. Que
bā sub tī. de oīone nouissima exponēt
Sed videt p̄ra q̄ sint solū vnū. cuz em̄
eandē rem sacra significēt videt q̄ idēz
sint sacramentū. P̄terea alibi legit p̄
sta v̄ hoc tūt corpis & sanguinis sacra
mentū non sit nobis reatus ad penam.
Sūq̄ hoc dicūt quidā q̄ forma panis &
vini sint vnūz sacm̄. non p̄pter vnū

signatū. sed p̄pter vnū p̄tentiū. Specie
aut panis & veritas corpis sunt vnū sa
cramentū. non p̄pter vnū p̄tentiū. sed p̄
pter vnū signatū. Di debēt cōcedere q̄
sicut diuerse res p̄pter vnū & idē signa
tū idē sint sacramentū. sic eadez res p̄
pter diuersa significata diuersa sunt sa
cramēta. Quib⁹ obijcit q̄ si species pa
nis & veritas corpis idē sunt sacm̄. cuz
species panis sacm̄ sit corpis. ḡ veritas
corpis idem est sacramentuz. & ita idē
est sacramentum sūt. Sed hoc non p̄ce
dit. qz species panis & ē qd̄dā sacm̄ qd̄
est veritas corpis. & est qd̄dā qd̄ non est
illa qm̄ sunt duo sacra diuersa. Alij ve
ro dicunt q̄ siue diuersa sint significata
siue diuersa significatā. sp̄ diuersa sunt
sacra. quos op̄ret p̄cedere q̄ in altari sūt
adim⁹ q̄ttuoz sacra. videlicet spēs pa
nis. spēs vini. veritas carnis. & veritas
sanguinis. P̄terea cū panis & vini di
uersa sint accidētia. v̄ sapor & odor. p̄
dus & color. q̄ttas & figura. videt q̄ sin
gula p̄ se sint varia sacra. q̄ em̄ rōne po
tius vnū q̄ aliud dōm est sacm̄. S; cu
tus rei sacm̄ ē odor aut sapor. Ad hoc
pōt nō incōgrue r̄nderi q̄ oīa simul ac
cepta sunt vnū eucharistie sacm̄. eo q̄
nullū p̄ se solū significet. s; oīa simul pa
nis specie rep̄sentat. q̄ corp⁹ xp̄i p̄tinet &
signat. Signoz autē alia sunt naturalia
alia positiua. Naturalia sunt q̄ fm̄ na
turā signat. qz quedā sūt q̄ p̄ antecēdēs
signat p̄ns vt rubore vesp̄tino signat se
renitas maritima. alia sunt que p̄ p̄s si
gnat aūs vt fumo vel cinere siḡt ignis
fuisse. Positiua sunt illa q̄ fm̄ imposi
tōz signat. quoz alia sunt signa rei sacre
vt serpēs eneus erect⁹ in heremo. alia
sunt signa rei nō sacre. vt arcus trūpha
lis erect⁹ in bitulo. Porro signoz rei sa
cre. alia sunt sacra vt baptism⁹. alia non
sacra vt agnus pascalis. Sacra sunt siḡ
noni testamētī. Nō sa cra veteris. Quā
uis em̄ vtraq̄ sint signa rei sacre. .i. rem

sacraz signat̃ia. non tñ vtracq̃ sunt sacra
 id est iustificat̃ia. Licet nonnulli dixerit
 sacra legalia iustificasse. Hec em̃ est dif
 ferentia inter legalia z enangelica sacra.
 qz illa significab̃t tñ. hec aut̃ significat̃
 z iustificat̃. **Dez** qñq̃ large qñq̃ stricte
 sacrm̃ accipit̃. **Large** fm̃ qd̃ oē signum
 rel sacre sine sit sacrum sine non sacrum dē
 sacrm̃. **Dñ** sig̃ legalia sacra dicunt̃ stric
 tē fm̃ qd̃ sacz solūmō signū dī sacrm̃.
Sacrm̃ aut̃ dī active z passive. qñ sacz
 signās vel sacz signatū. **Nā** nomine sa
 cramētī qñq̃ signū rel. qñq̃ res signiva
 re nuncupat̃. **Scdm̃** qd̃ sacrm̃ accipit̃
 p̃ signo rel. sacrm̃ dicit̃ a sacro z signo.
 qñ sacrum signū. **Sed** fm̃ qd̃ sacramētuz
 accipit̃ p̃ re signi sacrm̃ dicit̃ a sacro et
 secreto. qñ sacrum secretū. **Species** ḡ pa
 nts dicit̃ sacrm̃ active. i. sacrum signans.
 vitas aut̃ ecclesie dicit̃ sacrm̃ passive. i.
 sacrum signatū. **Corpus** vero dominicū
 vtroq̃ mō dicit̃ sacrm̃. i. z sacrum signās.
 z sacrum signatū. **Sacrm̃** vero cōsistit in
 tribus. i. in rebus in factis. i. in verbis.
Fm̃ pprietarē similitudinē z interpretatio
 nē. **Leo** nāq̃ fm̃ pprietarē signat̃ diabolo
 lū. **Dñ** aduersarius vester diabolus tā
 q̃ leo rugiens circūit querēs quē deuor
 ret. **Seminare** fm̃ similitudinē significat̃
 pdicare. **Dñ**. **Exijt** q̃ seminat̃ seminare
 semē suū. z aliud cecidit̃ in terrā bonaz
 z aliud sup̃ petrā. z aliud inē sp̃ial. **Ema
 nuel** fm̃ interpretatōz significat̃ xpm̃. vñ
 Et vocabit̃ nomē eius emanuel. qd̃ in
 terpretat̃ nobiscū de⁹. **Hes** vt aq̃ baptis
 mi factū vt signaculū crucis. verbū vt i
 uocatio trinitatis. **Singula** reperiunt̃ i
 hoc excellētissimo sacro. res. i. corpus z
 sanguis sacrum. i. esus z pot⁹. **sbum**. hoc
 est corpus meuz. hīc est sanguis meus.
Sequit̃. **Qui** p̃ vobis z p̃ multis effū
 det̃ in remissionē pctōz. **Pro** solis pre
 destinatis effusus est sp̃itū ad eff. carlam
 h̃ p̃ cunctis hoibus sp̃itū ad sufficientiā
 Effusio q̃ppe sanguinis iusti p̃ iniustū

tam fuit dicit̃ ad pctū vt si vnīuersitas
 crederet in redēptōz nullū oīno vincū
 la diaboli retinerēt. verbū em̃ effusionis
 abundantia notat̃. **Pctm̃** aut̃ dnobis
 modis remittit̃. videlicet q̃ ad meritum
 culpe. z h̃ p̃ sanguinis fidem q̃ iustifica
 mur a culpa. et q̃ ad debitū pene z hoc
 p̃ sanguinis pctū. quo redēpti sumus a
 pena. **Dēs** em̃ quasi oues errauimus.
 vnusq̃q̃ in viā suā declinauit. **Et** dñs
 posuit in eo iniquitates oim̃ nr̃z. **Dulne
 rarius** est p̃pter iniquitates nr̃as. attritus
 est p̃pter scelera nr̃a disciplina pacis no
 stre sup̃ eum. z luore eius sanati sum⁹.
Vere languores nr̃os ip̃e tulit. z dolo
 res nr̃os ip̃e portauit. **Quia** ḡ iust⁹ in
 iuste punit⁹ est. iniusti iuste sunt libera
 ti. **Assumpsit** em̃ in se penā p̃ oibus. vt
 daret se p̃ gr̃az vnīuersis. **Hic** aut̃ sacer
 dos eleuat calicē vt illū populo oñdat.
 nec est sup̃flua hec elenatio. put̃ dictuz
 est in fine p̃tice p̃cedētis. **Est** aut̃ notā
 dū q̃ quedā ecclesie duas habet̃ pallas
 corpales. z ibi eleuat̃ calicē cooptus cū
 altera eaz. **In** quo ostendit̃ hoc sacrm̃
 occultissimū fore z difficillimū ad intel
 ligendū. qz tpe institutōis hui⁹ sacra
 menti sanguis xpi inuisibilis erat. qz in
 tra venas ei⁹ existebat. **Ille** vero eccle
 sie vnā tñ habet̃ pallā z ibi eleuat̃ dīco
 opertus absq̃ velamine. **P̃tio** ad desi
 gnandū q̃ post institutionē huius sacri
 sanguis xpi factus fuit visibilis p̃ ip̃ius
 effusionē in cruce. **Dñ** hīc dicit̃. **Hic** ē
 sanguis meus zc. **In** eo em̃ q̃ calix nō
 est cooptus cū palla sup̃ra quā est ostia
 p̃secrata. designat̃ q̃ sanguis xpi a cor
 pore effusus z separatus est. **Secundo** qz
 ostia est sup̃ pallā corpālē. nec bono mō
 posset alibi poni. **Tertio** qz p̃pter veni
 statū p̃culosum esset cooptū cum palla
 leuare. **Et** nota q̃ sacerdos actus xpi re
 presentans dnm̃ dicit̃. **Accipiens** calicē
 parum eleuat̃ calicem. **Deinde** dicens
 b̃dixit. vt sine p̃culo calicem b̃dicat

Liber Quartus

illum in altari deponit. Subsequenter etiam dicens. Accipite. panem tenet eleuatus vsq; duz in altu eleuet. vt illu poplo ostēdat. Sequit. Hec quotiescuq; feceritis &c. Hec clausula. qz psecratōz tam corporis q̄ sanguis respicit. post depositū calicē debet dici. Sane in pcepto corporis xpi & sanguinis magis est nobis adhibēda discretio. Cauendū est em̄ ne si nimis differat mortis piculū incurrat. dño prestāte. Nisi manducaueritis carnē filij hois & bi. eius sanguinē non habebitis vitā in vobis. Si vero q̄s indigne suscipit fm aplm. iudiciū. s. dani narōis sibi māducat & bibit. Ideo fm eundē aplm. pber seipm hō. & sic de pane illo edat & de calice bibat. Dicit ḡ qd q̄ cōicandū esse quotidie. Nihil vō dicit ecōtra. Faciat igit vnusq; qd pte credidit faciendū. Non em̄ litigauerūt adinutē. nec alter alteri se pposuit. zachēus. s. & ille centurio cum alter eorū gaudēs xpm in domo sua suscepit. & alter dixerit. Dñe nō sum dign⁹ vt intres sub tectū meum. & hoc est qd angu. alt. Alij quotidie cōicant corpi & sanguini dñi. alij certis diebus accipiunt qd liberā habet obseruationē. De hoc sub it. v osculo pacis dices. Et nota q̄ licet xps semel credēs sua morte redemerit ecclesia tñ hoc sacm̄ quidie necessario repetit ob tres p̄cipue causas. Primo qz in vinea laborātes eo quotidie reficiuntur. Secōdo vt neophsci p illud incorporentur xpo. Tertio vt memoria passionis xpi quotidie mētib⁹ fidelū ad imitādū insignat quotidie em̄ egem⁹. Ideoq; panis quotidian⁹ vocat. Quotidianū ḡ sacrificiū vt pbat pascali⁹ papa est cōmemoratio. nō iteratio passionis. et sō seq̄tur. In mei memoriā facietis. In v̄ sacramēto nobis quotidie mortis & passionis xpi memoria renouat. Vnde. j. ad Cor. xj. Quotiescuq; manducaueritis panē hunc & calicē biberitis morrē dñi

annūciabitis donec veniat. Propt qd ipe dicebat apls. hoc facite in meā cōmemorationē. Hanc vltimā nobis memoria dñs reliq̄t pur dictū est sup verbo. Postq̄ cenatu est. Et nota q̄ habemus triplex memoriale dñice passionis. Primū q̄tū ad visus. in imaginibus & picturis & p̄terea crucifixi imago depicta in libro & in eccl̄ijs. Scdm̄ q̄tū ad auditū. s. passio xpi p̄dicata. Tertio q̄tū ad gustū. s. sacm̄ altaris. in quo ipe xpi passio patenter exprimit. Et p̄pter hoc p̄missi. Et memoriā venerātes. Et sequitur. Vñ & memores. Aut aut calicē dī scooptū eleuat illū in hoc loco cū palla corporali coopunt. innuētes q̄ sepulto dño aduoluto lapide. clausum est hostiū monumentū. vt dicit Marcus &c.

Octava pars cantōis

Ade & memores

v̄ &c. Octava ps. Quia dñs ipe suscepit in ca. Simili mō &c. vt h̄i sul mēoriā facerem⁹. Idcirco in hac parte tria sibi cōmemorāda xp̄oit eccl̄ia. scz tam brām passionē. necnō & ab inferis resurrectionē. sed & in celos gloriosam ascensionē. Quorū primū. s. passio excitat charitatē. Scdm̄. s. resurrectio corroborat fidē. Tertiu. s. ascēso iustificat spes. Quid em̄ in nobis magis charitatē accēdit q̄ q̄ xp̄o filio suo non pepcit deus. Quid magis i nobis fidē cōfirmat. q̄ q̄ xps resurrexit a mortuis. Sicut ei in adā oēs mortuāt. Ita & in xpo oēs v̄i iustificant. Quid magis in nobis amplificat spem. q̄ q̄ xps ascendēs in altū capti. du. cap. de. do. ho. vt vbi ipe est illic sit & minister eius. Sacerdos igit h̄ representās dicendo. taz beate passionis. manus in modū crucis extēdit vt habitū corporis. manū christi extensionē in cruce representet. quod tñ alij faciūt quādo dicunt. Hanc igit oblationē & rep̄e

sentantes, crucifixionem statim sectā.
 Et qz xps proluxius orans factus est in
 agonía. ideo agonía illā habitu oculoz
 z facta quodāmodo representat. Dicens at
 necnon z ab inferis resurrectionis, illas
 ad se vt prius reducēs eas parū erigit.
 Vñ in cantico abacuc. Altitudo man⁹
 suas leuauit. Et hoc in signū qz xps in-
 nictus leo surrexit a mortuis. Itē dicēs
 Sed z in celos gloriose ascensionis eas
 erigit eq̄lter vsqz ad humeros in signū
 qz xps eleuatis manibus ferebat in celū
 z sedet ad dexterā dei patris. Qd̄ igitur
 dicif. Vñ z memoresz. Sic est intelli-
 gendū. q. d. nos eē sacerdotes p̄fitemur
 z plebē tuā memorē esse testamur xpi si-
 liū tuū z. Sacerdotes quidē memoree
 z instructi esse dnt. qz ipi missas celebrāt
 z sacrificiū xpi exēplo offerēt. Plebs etiā
 am scīa memor esse debet. qz xps nō so-
 lū p sacerdotib⁹ verū etiā p plebe pas-
 sus est. que sancta bz. qz fidez baptismo
 xpi pcepto sacrificata ē. Itē ex nūc strin-
 gunt digiti. s. pollices z indices. nec dis-
 tinguunt. nisi qñ optet hostiā tangi. vel
 signa fieri. Qd̄ fit. Primo ob reuerenti-
 am sacramētī. ne videlicet aliqd̄ tangat
 post cōtractū corpus xpi. Secdo videlicet
 in signū qz in hoc sacramēto sc̄ds acce-
 dit pmo. i. fili⁹ obedit patri. Et iō subij-
 cit. Vñ z memores tā brē passionis re-
 surrectōis z ascensionis z. Tertio digi-
 tū qz corp⁹ xpi tetigerūt iungunt ad ostē-
 dendū qz fideles illud fide z deuotōe tā-
 gentes debēt esse charitate p̄iuncti. z sic
 digitū i tāgēdo z signādo ab invicēz ad
 horā. sic z fidelū opatōes in hac vita cū
 expedit sepant. qm̄ qñqz p contemplati-
 onē ad spūalia eleuant. z qñqz p mun-
 danis necessitatibus temporalia amittit
 strāt. Quarto digitoz cōiunctio indi-
 cat qz corpus z sanguis dñi nostri sacra-
 mento z mens z corpus sacerdotis in-
 seperabiliter esse debent affixa. Quinto
 stringunt ne puluis sen particula ostie

illis forte adherens cadat. Quia vero
 ro ecclesia dixit se memorem dominice
 passionis. ideo statim acerbiorē spect
 em ipsius passōis cōmemorat recolēs
 in quinqz crucibus quinqz plagas. Si-
 cut em subsequēs expositio declarabit
 abhinc vsqz dum corporale desup cali-
 cem remouet dñice passionis ordo me-
 morat. Nam vb̄ dicit sacerdos ostiam
 purā. ostiam sanctā. ostiaz immaculatā
 panē sanctum vite eterne. z calicēz salu-
 tis perpetue. quinqz crucis signacu-
 lū imp̄mit super oblatā z calicem si-
 gnans quinqz christi plagas. videlicet
 duas manuum. totidemqz pedum z ad
 vnaz lateris. Vel quinqz cruces signāt
 qz christus quinqz secula redemit. Tres
 autem cruces communiter facit sacer-
 dos super oblatā z calicem. quoniam
 in trib⁹ verbis vtrunqz pariter intelligi-
 tur. Non q̄ em in crucis signaculo pa-
 nis separatur a calice. nisi cum separa-
 tīm nominantur in canone. Et quan-
 do ostia collocantur a sinistro latere cal-
 cis recta pars crucis solummodo sup
 panem. transuersa vero vsqz super cali-
 cem debet protendi. quoniam erecta ps
 crus corpus christi sustinuit. transuer-
 sa vero brachia distendit. due vero cru-
 ces seperatīm facite animam christi se-
 peratam a corpore signant. Sed cum
 iam plene z perfecte sit consecratio ce-
 lebrata. nam materia panis et vini iam
 transit in substantiam carnis z sangui-
 nis. nec vterius potest derisorari: vel
 meliorari. z sacerdos vterius vltur su-
 is non christi sermonib⁹. queritur qua-
 re sup eucharistiam adhuc benedictio-
 nis signum imp̄mitur. aut aliquod cō-
 secrationis verbuz profertur. V z eterea
 quedam subiunguntur in canone inu-
 entia qz nondum sit transsubstantiatio
 consummata. super hoc dicunt quidaz
 qz scriptura nō attendit hic hmōi angu-
 stias igit. sed sacerdos cū non possit sit

Liber Quartus

multa pferre z agere ita loquitur z agit ac si ipse sciret z essent adhuc faciēda q̄ in principio sermonis nondū erāt sc̄ta z v̄ba z siḡnō ad ipse sue platiōis h̄ ad pceptionē loquētis sunt referēda. Inno. papa. iij. dixit q̄ in canōe aliud v̄ba significāt. aliud signa h̄ndū. Verba nāq̄ p̄ncipaliter spectāt ad eucharistias p̄secrandā. siḡ v̄o p̄ncipaliter p̄tinet ad h̄storiā recolendā. Nā verbis v̄timur ad cōsecrandū panē z vinū in corp⁹ et sanguinē h̄esu xp̄i. Signis v̄timur ad recolendū ea q̄ p̄ hebdomadā añ pascalem gesta sunt circa xp̄m. P̄t̄z ḡ q̄ ḡtū ad ordinē eucharistie cōsecrādē cap̄m illud. Qui p̄dīe ḡ pateret zc̄. in fine canonis subijci debuisset. q̄ i eo p̄secratio cōsummat. S̄z qm̄ impeditis ordinem h̄storie recolēde. q̄ qd̄ fuit gestū i medio poneret in fine. p̄uidus canōis ordinatoz vt ordinē seruariet h̄storie q̄i q̄ dam necessitate cōpulsus capitulū illd̄ Qui p̄dīe zc̄. q̄si cor canonis i medio collocavit. vt q̄ sequunt̄ intelligant̄ p̄cedere fin̄ illā figurā. q̄ sepe fit vt q̄ nar ratione succedūt. intellectū p̄cedāt. Vel potius vt tam l̄re ḡ h̄storie susus ordo seruet. dicat̄ itaq̄ q̄ p̄tinet siḡ ad h̄storiā passionis recolendā quia significānt quinq̄ sensus. qui tūc reuera patiebantur in xp̄o. vel quinq̄ eius plagas vt dictū est. S̄z v̄ba nō p̄tinet ad eucharistias cōsecrandā. imo p̄tinet ad eucharistiam cōsecratā h̄ mō. Nos serui tui videlicet sacerdotes. h̄ z plebs tua sc̄ta. s. p̄p̄s xp̄ian⁹. nā qd̄ p̄p̄s agit voto. sacerdotes pagunt ministerio. offerimus p̄clare maiestati tue. i. p̄re ceteris clare Nā si iusti fulgebūt sicut sol in reḡ patris eoz. q̄nto clar⁹ maiestas distina p̄ fulget. De tuis donis. i. de frugibus segetum. z h̄ ḡtū ad panē q̄ ē cōsecrat⁹ i carnē ac d̄tis. i. de frugibus arborū. z h̄ ḡtū ad vinū qd̄ ē cōsecrū i sanguinē. De his inquā z illis offerim⁹ hostiā pu

ram. hostiā sc̄tam. hostiā imaculatā. i. eucharistiā imūne ab oi culpa origina li. ventali z criminali. V̄bi dicat̄ hostiā dictū est in sexta p̄t̄cula sup̄ v̄bo. Qui p̄dīe. Vel purā ḡtū ad cogitationē. q̄t puro corde. sc̄tāz ḡtū ad locutionē. immaculatā ḡtū ad opationē. q̄ p̄ctm̄ nō fecit. nec dolus in̄mētus ē i ore ei⁹. sup̄ ple h̄ ē panē sanctū. i. sanctificantē. sup̄ ple d̄tozē vite eterne ḡtū ad stolā carnis. z calicē salut̄ p̄petue ḡtū ad stolā aie. fm̄ illd̄. Ego sum panis vit⁹ q̄ d̄ celo descendit. si q̄s māducaverit ex hoc pane viuet in eternū. P̄nt etiā sc̄do mō h̄ v̄ba exponi. vt vicz xp̄s dicat̄ hostiā pura. q̄ cōceptus ē sine p̄ctō. dicat̄ panis vite eterne. q̄ est resurrectio angeloz z calicē salut̄ p̄petue. q̄ resurrectio est hoim. Vel terciō mō hostiā puram q̄ xp̄s oblatus ē vt nos liberaret a feditate originalis p̄cti. Sanctā q̄ vulneratus est vt p̄fluerēt sacramētā qb⁹ ecclesia sanctificat. Immaculatā. q̄ mortuus est vt nos liberaret de morte eterna. Panem vite eterne. q̄ ē n̄m viat̄ cum q̄si via. Et calicē salutis p̄petue. q̄ est refectio angeloz inebriās in patria. Vel sic q̄rto mō. De tuis donis ac d̄tis. Dona sunt in re eterna. data i opa tpali. Offerimus hostiā purā. i. corp⁹. hostiā sc̄tam. i. sanguinē. hostiā imaculatam q̄ ad v̄trūq̄. Vel purā. i. ab alijs sepatā. sc̄tam. i. sanctificatā. imaculatā. i. a maculis emundatā. hostiā de corpe puro cōscia bona. z fide nō ficta. Sed̄ Sup̄ q̄ zc̄. Cū aut̄ orauerit p̄ hostiā trāssubstantiāda. eāq̄ tā trāssubstātātā p̄ri obtulerit nūc orat̄ p̄ ip̄i⁹ acceptatio ne. vt eā adistat antiq̄z sacrificioz accept̄ xp̄icio sup̄ple nob̄ ac sereno vultu i. resp̄cū placabilī digner̄ resp̄icē. nō q̄ vultus eius in̄ntet aliq̄n. h̄ tūc de⁹ vultum suum sup̄ nos illuminat z serenat cū misericordiam suā sup̄ nos exhibet z declarat. Sc̄dm̄ illd̄ ps̄. Illuminet vultū

suū sup nosz misereat nostri. Itē p hoc q̄ dicit digneris respicere. notat q̄ sacerdos n̄ vultū habet vs̄um ad ppiciatorum de q̄ in p̄hemio hui⁹ ptis dictū est. Et tunc asp̄git intus tabernaculū. vuz p̄ dei misericordīā q̄rit eius ppiciationē vt dephabeat illa mūera accepta. sic habuit munera abel iusti. Dñ sequit. Si curi accepta habere dignat⁹ es munera abel zc. Hoc aut̄ aduerbiū sicuti similitudinē innuit. nō exp̄mit q̄ritatē. Nullo q̄ppe acceptas hoc sacrificiū deo. q̄ qd̄ obtulit abel. qd̄ obtulit abraā. qd̄ obtulit melchisedech. Valet em̄ amplius res q̄ vmbra. veritas q̄ figura. Ip̄az ḡ similitudinē magis q̄ q̄ritatē debem⁹ attendere. Offerēdo ḡ siles sum⁹ abel. si recte quidē offerētes. recte nihilomin⁹ diuidam⁹. Qd̄ qz cayn nō egit peccauit. sua nanqz recte cui debebat obtulit deo. sed retinēs sibi seipm̄ z cor suū subtrahens deo male diuidit. Abel aut̄ acceptū deo int⁹ in corde obtulit olocastū. qz se nō sibi retinuit. s̄ deo se totū subdidit z im p̄didit. Et iō legit̄ in genesi. Resperit deus ad abel z ad munera ei⁹. ad cayn vō z ad munera ei⁹ nō resperit. Pri⁹ resperxit ad abel z postea ad munera eius. qz nō offerēs a muneribus. s̄ mūera ab offerēte placuerūt. Sicut z abraā egregius fide totū se pri⁹ offerebat altissimo z postea eū sua duceret offerēda. placidas et hostias offerebat. qd̄ vt nos sciētes imitaremur patrios ab illo de⁹ exegit affectus. Tolle inq̄t filiū tuū vnigēitū quē diligis ysaac z offer eū in olocastū sup vnū montū quē mōstrauero tibi. Statimqz p̄mptū z obediētē inuenit. imo nobis oñdit. Melchisedech qz nisi se p̄ nos acceptū deo sacrificiū obtulissz futurorū causas mime p̄ndidisset. q̄rum intui tu misticū pantsz vniū p̄m⁹ obtulit sacrificiū. erat em̄ sacerdos dei altissimi. Nominant̄ igit̄ isti tres p̄es veteris testam̄ti. qz illi z eorū sacra specialitas ceteris ḡ

sacram̄ p̄signauerūt. Quid em̄ p̄ muntus abel offerētis de p̄mogenitis gregis. ni si x̄ps p̄mogenit⁹ in multis scrib⁹ exprimit q̄ malicio se occisus est a p̄p̄o iudeorū sicut ille inuidiose a s̄re suo. Nā fm̄ ḡlpoē. ip̄e est agnus dei q̄ occisus est ab origine mūdi. Quid p̄ sacrificiuz abraae dilectū z vniciū filiū. offerētis. nisi christi passio designat. De qua dicit ap̄tus. Pro p̄lo filio suo non pep̄cit de⁹. s̄ pro nobis oibus tradidit illū. Hic est inq̄t fili⁹ meus dilect⁹ in quo mihi bñ cōplacui. Oblatio qz melchisedech tam pro parte nouū sacrificiū p̄signauit vt inde p̄ dictū sit. Tu es sacerdos in eternū fm̄ ordinē melchisedech. Qui fm̄ ap̄tm̄ as similit⁹ est p̄ oia filio dei. manet sacerdos in p̄petuū. Abel d̄z puer non tam a pueritia q̄ a puritate fm̄ illud. Ecce puer me⁹ dilect⁹ quē elegi posui sup eum sp̄m̄ meū. Abraā dicit̄ patriarcha. nō t̄ā israheliticū plebis. q̄ p̄p̄i xp̄iani. illi⁹ p̄ carnē. hui⁹ p̄ fidē. fm̄ illud. Nō vlttrabo cabis̄ nomē tuū abraaz. sed appellaberis abraā. qz p̄zem multaz gentiū p̄stitui te Melchisedech iterptat̄ rex iusticie. De inde rex salē. i. pacis p̄pter illud qd̄ legitur. Dicit̄ in dieb⁹ eius iusticia z abundantia pacis donec auferat̄ luna. Sc̄m̄ sacrificiū imaculatā hostiā. ḡ addidit in canone Leo papa primus.

Nona pars canonis.

Oplices te roga

f mus zc. Nona ps. Pontifex vt lex iubeat. z in p̄hemio huius ptis dictū est. asp̄gebat tabulā z arā z extertus sacrū sanguine pacifico. z xp̄us totius asp̄git patrē sanguine. quotiens eū placat p̄ carnē assumptā. Arā asp̄git q̄ditū numez restaurat angeloz. Exteriorius sacrū asp̄git dū hoies sc̄rificat. z patri q̄ in terris sunt recōcillat. Sacerdos eodē asp̄git. qz p̄ hoc sacrificiuz placat deū. z veniā ip̄erat. z sic etiā supos asp̄

Liber Quartus

git. Quia qui nos emundat, augmētat numerū civiū supnoꝝ. **A**lispigit etiā int^o tabernaculū, put in pcedēti pꝛicula dicitū est. **D**ū autē hic noiat sublime altare commemorat sc̄āctōꝝ. Sane himno dicto post cenā exiit ih̄s in montem oliueti trās torrentē cedron, z pgressus pussilū cecidit in facie suā orans z dicēs. **P**ē si fieri pōt trāffer a me calicē hunc. **S**z z sc̄do z tertio abiit z oravit eūdē sermone dicēs. **E**t fact^o in agonīa plixit^o orabat z fact^o sudor ei^o sicut gutte sanguinis decurrētis in terrā. **T**ūc venit ad discipulos suos dicēs. **S**urgite eam^o. **E**cce appropinqt q̄ me tradet. **T**raditor at̄ dedit eis signū dicēs. **Q**uē osculat^o suero ip̄e est tenete eū. **E**t p̄fessim accedēs osculat^o est eū. **Q**uia q̄ ih̄s p̄cidit orās z dicēs. **P**at̄ si fieri pōt trāffer a me calicē zc̄. **I**ō sacerdos se inclinās oratz dicit. **S**upplices te rogamus zc̄. **D**el sacerdotis inclinatio significat emissionē spūs xp̄i put dicitū est in p̄hemio canonicis. **D**e inclinationib^o dicitū est sub tit. d̄ p̄fessione. **I**te dicēs. **U**t quotq̄t ex hac altaris zc̄. osculat̄ semel altare. p̄ qd̄ resp̄sitat^o osculū pditoris postq̄ dñs ab oratione surrexit. **Q**uidā ter osculant agētes gr̄as trinitati. q̄ p̄ passionē dñi gen^o recōciliant̄ humanū. **A**lij bis ad notādū geminā in xp̄o naturā. seu sp̄m i aīa z corpe passum. **Q**uia v̄o fact^o in agonīa plixit^o orabat. **T**ertio dicēs eundē sermonē. **I**deo sacerdos facit tres cruces **D**īmā sup oblatā dicēdo. sacrosancitū filiū tuī corpus. sc̄dam sup calicē descendo z sanguinē. **T**ertīa signādo seip̄m i facie. cum dicit̄ oī būdictōe celestī. forte p̄pter sudorē corp̄is crucē imp̄rimēs sup corp^o. z p̄pter guttā sanguinis crucē imp̄rimēs sup sanguinē. z qz p̄cidit i facie suā orās. **I**deo imp̄mit sibi crucē in facie. **D**el poti^o cruc̄ q̄ fit sup corp^o designat vincula q̄bus est ligat^o corp^o. illa q̄ fit sup sanguinē designat flagella q̄b^o

allisus est z sanguis edact^o. **D**e vinculis legit. **M**inistri iudeoꝝ cōprehēderunt ih̄m. z ligauerūt z vincietes duxerūt. et tradiderūt pontio pylato. **D**e flagellis legit. **A**pphendit pilat^o ih̄m. z flagellavit. **C**ul^o limore sanati sum^o. **P**er tertias v̄o crucē q̄ fit in facie. recolūt illud q̄ expuebāt in facie eius. z palmas in facies eius dabāt. z velātes facie eius dicebāt. **P**rophetiza nobis x̄pe q̄s est q̄ te p̄colit. **T**ertio cruc̄ q̄ fit supra corp^o martyrīū xp̄i. q̄ fit supra sanguinē martyriū sc̄toꝝ designat. **Q**ūto p̄me due cruces significat q̄ xp̄s p̄ duob^o pplis passus est. **T**ertīa que fit in facie q̄ in corpore suo passus est. **A**lij vero non faciunt p̄missas duas cruces. **C**onsiderat̄ etiam opozet q̄ sacerdos dicendo. **S**upplices te rogamus zc̄. **S**tat̄ inclinatus cancellaris manibus ante pectus ad de signādum q̄ orōnis hūilitas. p̄ inclinationē designata nūc demūz nō alias ex audiri digna ē. si ex fide p̄cedat pectoris. t. mēt̄is. fide dico p̄ dilectōꝝ opante. q̄ opatio p̄ man^o intelligit. **Q**uia v̄o q̄ dā sunt opa vite actiue. q̄dam vero opa vite p̄p̄latiue. sed opa vite actiue q̄dā mō cācellatim ad opa p̄p̄latiue vite. sicut sinistra ad dextrā opant. eo q̄ opa actiue sicut supposita seu inferiora ad opa p̄p̄latiue disponūt. z opa p̄p̄latiue sicut supposita z altiora illa p̄ficiūt z p̄sumāt. **I**ō in ip̄a manuū cācellatōe dextra supposit̄ sinistra. **H**ursus orat̄ cācellat̄ manib^o añ pect^o. q̄si ip̄o facto dicit. **O**bscero te p̄ crucē z passionē tuā. **U**t inbeas hec p̄ferri zc̄. **C**ācellatio enī manuū passionē xp̄i figurat z dextera p̄ quā resurrectio. leue p̄ quā passio designat supponit. **U**t p̄ hoc xp̄i resurrectio a mortuis insinuet. **D**ex̄ in nonnullis eccl̄ijs dyacon^o infra actionē lauat manus signās p̄mo q̄ pilatus se lauit cuz se mundū a xp̄i sanguine. p̄clamauit. se cūdo q̄ n̄ra sordida opa xp̄i passioe mū

danf. tertio q nullus nisi mund^o ad pci
 pñda fidei sacra pcedat. Sequit. Tibe
 hec pferri rē. Tāte sunt pfunditatē h d
 ba vt intellectus human^o vix ea suffici
 at penetrare. Vñ brūs Grego. tanti sa
 cramētū dign^o interpres de illis tanq̄ d
 re ineffabili pene ineffabiliter loquens.
 Quis inq̄t fidelitū habere dubiū possit
 in ipa imolarōis hora ad sacerdotis vo
 cē celos apiri. i illo ihu xpi misterio an
 geloz choros adesse. sūmis ima sociari
 terrena celestibus lūgi. vnūq̄ ex innūsi
 bilibus atq̄ visibilib^o fieri. Idē etiā ali
 bi dicit. Vno eodēq̄ tpe ac momento
 in celū. i. celestē naturā rapit ministerio
 angeloz cōsociandū corpi xpi. i. misti
 co. r añ oculos sacerdotis in altari vide
 tur. Saluo tñ occulto celestis oracii sa
 cramēto. possent hec verba licet simpli
 citas tñ securi^o sic exponi. Tibe. i. fac h.
 scz vota fidelitū. i. supplicatōes r pces p
 ferri. i. pferant. p man^o sc̄i angeli tui. i.
 p misteriu angeloz. q̄ sunt administra
 torij spiri^o. r vota nostra corā deo offe
 rūt. Juxta illud qd ait raphael angelus
 ad thobā. Thob. xij. Quā orabas cū la
 chrymis ego obuii orōes tuā ofio. Ex
 h ḡ euidenter apparet q̄ angelus sacri
 misterijs adesse credendus ē. nō vt se
 cret. qz hoc non pōt. svt orōnes sacerdo
 tis r ppli deo representet. fm illud apoē.
 Ascendit fum^o aromatū in sp̄ctu dñi
 de manu angeli. q̄ sunt orōnes sc̄orum
 In sublime altare tuū. supple h est i cō
 spectu dñie maiestatis tue. i. in p̄tēpla
 tione maiestatis r curie tue celestis. nā
 ipse deus d̄r altare sublime. Exo. xx. Nō
 ascēdes ad altare meū p gradus. i. in tri
 nitate nō facies grad^o. Porro sicut bea
 tus Augu. determinat. nō d̄r angelus of
 ferre orōnes deo. q̄si tūc palmo de^o no
 nerit quid velim^o. qz deus om̄ia nouit
 anteq̄ fiat. sed qz necesse habet rōnalis
 creatura tpales causas ad eternitatē re
 ferre. sine perēdo qd erga se fiat. siue cō

sulendo qd faciat aut quid deo subente
 implendū esse cognouerit. hoc nob̄ vel
 euidenter vel latenter reporter. Possūt
 etiā sc̄o mō pmissa verba sic exponi.
 Dñi potēs deus tibe hec. s. panē r vi
 nū pferri. i. trāsmutari in sublime altare
 tuū. i. in corpus r sanguinē filij tui sup
 choros angeloz exaltati. qz corpus xpi
 dictū est altare. fm illud. altare de terra
 facietis mihi. pmanus angeli tui. i. per
 misteriu sacerdotis. Non em̄ fm Aug.
 deposcit ob aliud illic deferēda. nisi vt
 intelligat q̄ ista fiat. i. trāsubstantiē in
 eo sacerdotio. i. in eius misterio virtute
 spūsc̄i. Sed cum iam trāsubstantiata
 sint. exponi possunt tertio mō sic. Tibe
 hec. i. xpi corpus mysticū. s. ecclesiā xpi
 militantē perferri. i. associari. in subli
 me altare tuū. i. in ecclesiam triumphā
 tē. que d̄r altare fm illud Leuit. Ignis
 in altari meo semp ardebit. i. seruoꝝ cha
 ritatis in ecclesia triumphanti. r hoc p
 manus angeli tui. i. p opationem. r vir
 tutē christi filij tui qui est magni consi
 lij angelus. Ysa. ix. Ipse enim corp^o suū
 mysticū deo patri cōiungit r ecclesie tri
 umphāti. Quarto mō hic est angelus
 magni consilij. cōsiliarius ille cui^o con
 silio pat̄ mundū creauit r recreauit. sub
 lime altare in conspectu dei est christus
 crucifixus sedēs in dextera patris. Igit
 tur angelus fert hec sacramenta in sub
 lime altare in conspectu dei dum cic
 trices ostendēs interpellat apud patrē
 p nobis hec sacramenta confidentib^o
 Que vero sint illa que petit in sublime
 altare perferri determinat dominus of
 cens. Et quotquot rē. per hoc em̄ de
 monstratur corpus christi mysticū. qd
 christus quotidie ad se trahit per mem
 bra. Vnde Hiero. Patrē vocabis me
 r post me ingredi non cessabis.

Declina pars canonis.

Ememento etiā dñe

m 2c. Decima pars. Hec p̄unctio etiā p̄nuat sequētia p̄ime p̄cedentibus. Vel dici p̄t q̄ sup̄fluit. nā in antq̄s codicibus p̄cedebat immediatē que dā orō incipit. **Ememento mei** que lo dñe 2c. in q̄ sacerdos p̄ se orabat vt digne posset offerre. Vñ tūc recte se quebat. **Ememēto etiā dñe** fa. 2c. Sed q̄ i multz modernis codicibz orō illa n̄ inuenit. Ideo fm illos illd etiā sup̄fluit. Vel qd̄ meli^o ē respicit aliud memēto qd̄ p̄cedit in q̄ rogauit p̄ viuīs. h̄ autē orat p̄ defunctis. Dicit q̄ pia mater ecclesia nō solū p̄ viuīs verū etiā p̄ defunctis. z eos deo p̄ri sacre oblationis iter cōmēdat certissime credēs q̄ sanguis ille p̄ciosus q̄ p̄ multz effusus est in remissionē pctōz. nō solū ad salutem viuētiū. verū etiā ad absolutionē valeat defunctorz. Ideo q̄ gab̄lloñ. conciliūm statuit. q̄ i oibus missaz solēnijs loco cōpetenti vīcz in hoc loco secrete vel in diebus nō solēnijs. in dñica em̄ die ob resurrectionē dñicā aie requiem credunt h̄re. eccia p̄ defunctz dñim dep̄cerur. iuxta illd Aug. Nō sunt p̄termitte de supplicatōes p̄ spiritibz mortuorum. q̄s faciendas p̄ oibus in xp̄iana catholica societate laudam^o. Et q̄ q̄n̄z defunt defunctis. parētes filij cognati z amici q̄ supplicatōes p̄ eis effundāt. vna z pia mater. i. tota eccia oēs defunctos sub generali p̄memoratōe suscipit tacitis illoz noibz. z eis exhibet cōmunionem. Innocenti^o q̄s papa statuit vt añ p̄secrationē hostie nō recitent noia defunctorz. possunt em̄ pp̄lo recitari. h̄ deo que n̄hil latet necesse nō est. Qui cū siḡ fidel nos p̄cesserūt. i. ad dñim. nō q̄ ibi sit fides aut spes. vbi spēs ē z res nā fides euacuat. caritas nonq̄ excidit h̄ signū fidei p̄ caractere fidei xp̄ianitatis accipit. q̄ fideles ab infidelibz discer

nuntur. fm illud. Audint nūmex siḡorum. celliij. milia signati ex omni tribu filioz isrl. Et dormiūt in somno pacis. fm illud. In pace in idisp̄m dormiatz et requiescam. Frequenter em̄ sacra scriptura defunctos dormientes appellat pro eo q̄ sicut dormientes euigilat. ita mortui resurgunt. Propter qd̄ d̄t apls **Nolo** vos ignorare de dormientibus: vt nō contristemini. sicut z cereri q̄ spes non habent. Et dñs inquit in enāgelio **Asarus** amicus noster dormit. Ipsis dñe z om̄ibus in xp̄o quiescentibz. In hoc loco sacerdos quozū maluerit defunctorz debet agere memoriā specialē. Finita est em̄ memoria mortis domini z ideo sequit̄ mors nostra. xp̄us p̄cessit z nos eius vestigia seq̄mur. Sic at̄ vocant̄ quiescentes in xp̄o q̄ in caritate mortui sunt. h̄ntes tñ aliq̄ purgabilia. eo q̄ nō plene satisfecerāt p̄ pctis confessis p̄pter qd̄ ad locū purgatorij descendunt. vbi existētes suffragio indigēt ecclesie militantis tanq̄ nondū habētes in re pacē z refrigeriū glōrie. licet habeant in certa z infallibili spe. Locū refrigerij. in quo nō est ardoz penaz. Lucis in quo non est obscuritas tenebrarū. Et pacis in quo nō est cōflictus pugnarū. Nā absterger de^o oēm lacrymā ab oculis eoz z tā nō erit amplius. neq̄ lucis neq̄ clamor. h̄ nec vll^o dolor. qm̄ p̄iora transierūt. Sz delectabunt̄ in multitudine pacis. cū placebunt dño in regioe viuētiū. Paradisus q̄ d̄t locus refrigerij p̄pter ardorē ignis purgatorij per que aie transcut. iuxta illud ps̄. Transiimus p̄ ignē z aquam 2c. Locus lucis p̄ tenebras inferni. De q̄bus Mar. xxiij. Mittite eū in tenebras exteriores. Locus pacis p̄pter mentis tranquillitatem. que ibi est contra vermē conscientie eozum qui salui non erunt. Vñ **Ysa.** Vermis eozum nō morietur. nec ignis eoz̄ extinguetur.

Undecima pare canōis
Obis quoqz ꝛc.

n Undecima ps. Hec aut oīo
 p̄dicit vsqz Per oīa sēta sc̄oz
 Et hec v̄ba p̄ferēdo sacerdos paululū
 exp̄ssa voce p̄cūso pectore silētū inter
 rūpit. rep̄itans p̄trītōem et cōfessōes
 latronis in illo passōis d̄sice articulo
 increpantis alēx et d̄cētis. Nos q̄dez
 digna factis recipim⁹. h̄ aut nihil malū
 gessit. ꝛ dicebat ad Jesū. **Iu. xxiij.** Do
 mine memēro mei dū ueneris in regnū
 tuū. p̄pter qd̄ dixit illi Iesus. amē dico
 tibi. hodie mecū eris i paradiso. Rufus
 p̄ exaltationē uocis. ꝛ p̄cūssionē pecto
 ris exprimit illud qd̄ centurio ꝛ qd̄ cū il
 lo erant. uisū illis q̄ fiebāt. timuēt val
 de dicentes. Vere fili⁹ dei erat iste. Et
 omnis turba q̄ siml̄ aderant ad specta
 culū illud p̄cūntēs pectora sua reuer
 tebant. Notū v̄o ei⁹ ꝛ m̄lires q̄ xpm̄ se
 cute fuerāt a galylea stabāt a lōge h̄ vi
 dentes. q̄s significant m̄l̄tr̄. s. dyacon⁹
 ꝛ subdyaconus retro stātes q̄ ad hāc vo
 cē erecti i os sacerdotū vel ep̄i inueniūt
 Premissa aut̄ pectoris vnica tūsiō. si
 gnat qd̄ fm̄ apl̄m̄ ad Ro. vi. xpus̄ sel̄ p̄
 pctis n̄ris mortu⁹ ē. ꝛ fit cū trib⁹ d̄gitū
 sc̄z sine pollice ꝛ indice. vt trinitas i vni
 tate notet. Pectoris q̄z tūsiō q̄nqz pe
 nitētā desiḡt. put̄ sub ti. de p̄fessōe d̄
 ctū est. Peccatoribus. Hoc iō d̄c̄. qz si
 d̄ixerimus qd̄ pctm̄ nō habem⁹ nosinet
 sp̄os seducim⁹ ꝛ vitas i nob nō ē. Ii
 cet em̄ oī tpē debeam⁹ ex corde nos re
 cogno sc̄ere pctōres p̄cipue tñ cū p̄
 missionē pctōz sacrosctm̄ mysteriū ce
 lebramus. De m̄l̄trudine miserationū
 tuaz sperantib⁹. inꝫ qd̄ inq̄t p̄s. Scdm̄
 m̄l̄trudine miserationū tuaz dele inī
 q̄tatem meaz. Et nota qd̄ vna tñ est dei
 misericordia. nō aliud qd̄ dem q̄ ip̄e mi
 sericors. h̄ multi sunt eius effect⁹ q̄ mi
 serationes dicunt. vñ h̄c̄m̄miscere mi

serationū tuaz d̄c̄. et miscēlaz marū
 q̄ a seculo sūt. Partē aliquā ꝛ societate
 donare digneris. Sꝫ cū ip̄e deus sit oīa
 in oibus salus ꝛ p̄m̄ū et gl̄ia singuloꝝ
 iuxta illud. Salus ppl̄i ego sum. qd̄ est
 qd̄ v̄i p̄tē aliquā et societate ꝛc. tanq̄ nō
 oēs sint eundē denariū accepturi. Sa
 ne licet vnū ꝛ idē sit p̄m̄ū singuloꝝ. vt
 delictet ip̄e deus in cui⁹ cognitōe salus
 eterna cōsistit. fm̄ illud qd̄ ip̄e dicit in
 euāgello. Hec est vita eterna vt cogno
 scant te v̄ez deū ꝛ hūc quē misisti iesuz
 xpm̄. Tñ fm̄ differentiam meritoꝝ. aliū
 plus aliū minus d̄sulna visione fruunt
 Nam ꝛ stella differt a stella in claritate
 Propter qd̄ ip̄e d̄ns ait. In domo pa
 tris mei m̄te m̄sōes sunt. Sicut vnus
 est sol cui⁹ lumē p̄cipant vn̄uersi. aliū
 plus aliū minus fm̄ differentiā inueni
 tū. Cū Iohanne. Stephano. martha.
 barnaba. In hac sc̄da cōmemoratōe s̄a
 ctōz maḡ ex parte supplent qd̄ de p̄m̄it
 uis sc̄tis deesse videbant in p̄ma. Sꝫ q̄
 re Iohānes reperit. ꝛ stephan⁹ soclar⁹
 iohāni p̄m̄itit marthe ac barrabe apo
 stolls. Sup̄ h̄ d̄c̄t p̄t qd̄ Iohānes in p̄
 ma cōmemoratōe disponit ꝛ cū ceter⁹
 numerat p̄pter dignitatē apostolat⁹. In
 hac aut̄ cōmemoratōe reperitur ꝛ cum
 stephano soclar⁹ p̄pter p̄uilegiū celiba
 tus. Virgines em̄ sunt. ꝛ sequūt agnū
 q̄cūqz serit. Preterea ceteris p̄m̄itit vir
 ginitas. Nāqz iohannes inde maxime
 p̄mendat. qz xps̄ in cruce matrē v̄ginē
 discipulo v̄gini cōmēdauit. ꝛ ex illa ho
 ra accepit eā discipulus in suā. Stepha
 ni v̄o v̄ginitas ex eo maxime p̄probat
 qd̄ ip̄e deponatus ē ab apl̄is ad m̄niste
 riū viduaz. ꝛ in eo qd̄ seminis ē p̄posi
 tus testimoniū meruit sincerissime ca
 stratis. Posset aut̄ non euāgelista h̄ ba
 ptista iohānes intelligi. nisi p̄m̄itit cū
 tuis sc̄tis apl̄is ac martirib⁹. Vñ p̄cipit
 qd̄ apl̄i tñ ac martyres subnotāt. q̄uis
 ꝛ Iohānes baptista merito p̄fess̄ inter

martyres numerari. Enumerat & sacerdos sc̄dos quoz societate petiit. q̄ et sacerdos legalis noia filioꝝ iſrl̄ habebat ſcripta vt ſupra dictuꝝ eſt. Et aduerte. q̄ h̄ octo viri ⁊ ſeptē mulieres p̄putant. q̄ p̄ h̄ ſacrificiū ſeptē cariffimata gr̄ay ⁊ octo beatitudines iungunt in nob̄. Sequit̄. Nō eſtimatoꝝ meriti. q̄ nō ſm̄ exiſtēt am meritoꝝ retribuis. ſ̄ min⁹ puniēdo vel magis remunerando q̄ quiſq̄ meruit. v̄s. Non ſm̄ p̄ cr̄ā n̄ſa ſecit no. neq̄ ſm̄ inſq̄. noſ. retribuit nob̄. Et alibi. Meſurā bonā ⁊ p̄fertā ⁊ coagitatā ⁊ ſup̄fluentem reddēt in ſinū v̄ſm̄. Per xp̄m̄ d̄m̄ n̄ſm̄. Hic nō r̄ndet amen. tū q̄ angeli q̄ ſp̄ aſſiſtūt r̄ndent. put in fine tercię p̄ticule dictū en. tū q̄ hec tacite dicunt. nec r̄ndētes audire p̄nt. tū q̄ ſba ſequētia. p̄ quē oia r̄. iſtis p̄iugūt ⁊ ab eis dependēt. ita q̄ nihil iterponi p̄t. Hoc aut̄ loco b̄ndicunt̄ v̄ne. put̄ dicit̄ in ſepta p̄te ſub q̄nta ſeria cene d̄ni. vbi agit̄ de d̄urno officio. In canone ap̄loꝝ in burcardo li. v. ca. offerri. ita legit̄. Offerri nō liceat ad altare. ſ. ad b̄ndicendū p̄ter nouas ſpicas ⁊ vnaſ oleum ⁊ luminaria ⁊ fabas ⁊ thim̄ſama ad incenſum q̄ t̄pe ſc̄rā oblatio celebrat̄. ſequit̄. Per quē hec oia r̄. Iō dicit̄ oia. q̄ p̄ filiū oia creata ſunt. v̄ſ. Iō. j. Om̄ia p̄ ſp̄m̄ facta ſūt ⁊ ſine ſp̄o fa. ē. ni. Et vidit̄ deus cūcta q̄ fecerat ⁊ erāt valde bona. Creas ſc̄ḡ condēdo naturā. Sanctificas p̄ſecrādo materiam. Viuificas trāſ ſubſtantiad̄ creaturā. B̄ndic̄t̄ acumulando gr̄am. Q̄ aut̄ dicit̄ hec oia. eſt ſimplex p̄nois demōſtratio. ſic̄ t̄ps̄ vbi cōfuſum. Nā p̄ns cōfuſum p̄nt̄ nō tenet̄ v̄ſum. Et eſt ſenſus. Hec oia. ſ. panē v̄nū ⁊ aquā. ſp̄ bona creas ſm̄ cauſas cauſas ſac̄rales. viuificas vt tranſeat in carnē ⁊ ſanguinem. ⁊ b̄ndic̄t̄ vt cōſeruent̄ v̄ſitatē ⁊ charitatē. Rurſus in eo q̄ dicit̄ ſanctificas. notat̄ q̄ quodcū-

q̄ ſanctificat. p̄ gr̄am xp̄i ſc̄rificat. de p̄ſentidine em̄ etus oēs accepim⁹. v̄ſ. Iō. xvij. Pater ſanctifica eos in v̄ſitate id eſt in filio. In eo q̄ dicit̄ viuifica. notat̄ q̄ quicquid viuificat p̄ filiū viuificatur. Iō. xliij. Ego ſum via: v̄ſitas: ⁊ vita. In eo q̄ dicit̄ b̄ndic̄t̄. inſinuat̄ q̄ b̄ndic̄t̄io celeſtis dat̄ nob̄is p̄ fructū v̄ginis bene dictū. Vel creas vt ſint. ſanctificas tibi deputando. viuificas animādo. b̄ndic̄t̄ vt v̄ſitia ſint. p̄ſtas vt pro ſint. Fuit̄ aut̄ tres cruces ſup̄ dictis v̄ſis. ſanctificas viuificas. b̄ndic̄t̄. in q̄bus eccia p̄miſſiua rep̄ntat̄. q̄ fideꝝ trinitatis ſuſcepit̄. De hoc tū aliter ſā dicit̄. Si q̄dē ſacerdos diciturus. ⁊ p̄ſtas nob̄is. vel dyaconus remouet̄ corpale deſup̄ calice. ad notandū q̄ q̄i xp̄s emiſit̄ ſp̄m̄. velū tēpli ſc̄iſſum eſt a ſummo v̄ſq̄ deoſum ⁊ agra ſunt nob̄is q̄ p̄ius in lege obſc̄ra erant ⁊ clauſa. ſicut̄ dicit̄ in euangelio de q̄busdam. Et erat abſconditū v̄b̄m̄ iſtud̄ ab eis r̄. Vbi em̄ ſumpto aceto p̄ſummatū eſt ⁊ renelatū eſt. Et calice diſcopto accipiēs hoſtiā dicit̄. ⁊ p̄ſtas nob̄is. Dubitari aut̄ vidimus q̄re calix ⁊ nō hoſtia coop̄ſt̄. Ad q̄d̄ quadruplex rō p̄t̄ assignari. Primo p̄pter p̄culuz q̄ ſanguis facilius poſſet recipere immū dicit̄ q̄ hoſtia. Secūdo q̄ i caliceꝝ ſanguine magis ſignificat̄ paſſio xp̄i q̄ in hoſtia. v̄ſ. iſtud̄. Pater ſi fieri p̄t̄ tranſeat a me calix iſte. Et in canone in forma ſanguinis ponit̄ acus effuſiōis ibi. Qui p̄ vob̄is effundet̄ r̄. q̄ ergo in calice ⁊ in ſanguine magis ſignificat̄ xp̄s mortuus q̄ in corpore. Ideo ſic̄ ⁊ mortuus panis ⁊ lapidibus op̄itur. ita ⁊ calix panno. ⁊ ſanguis calice ⁊ panno corpalis coop̄ſt̄ur. Tercio ſanguis i calice coop̄to rep̄ntat̄ corpus xp̄i i ſepulcro clauſo ⁊ ſignato. Hoſtia v̄o corpus xp̄i extra ſepulcrū. Quarto ſanguis in calice coop̄to rep̄ntat̄ chriſti corpus in ſyndone inuolutū. hoſtia vero corpus

non indolentū. Sequit. Per ipm rē. Si absq̄ alicui⁹ vbi vel tps̄ interpositōne cōiungas p̄missa v̄ba. Per xpm dñm nostr̄ p̄ quē hec oīa rē. z facis punctuz ibi. et prestas nobis. Plana est littera. Dic ergo. Per ipsum tanq̄ p̄ mediatō rem cū ipso tanq̄ cū coequali qz ipse est coequalis patri. in ipso tanq̄ in cōsubstantiali. vel in ipso. i. membris ei⁹. In patre quippe notat auctoritas p̄pter p̄ncipiū. in filio equalitas p̄pter medium. In sp̄sancto cōitas p̄pter consortium. Sane sexta feria crucifixus est xps̄ hora tertia linguis iudeoz. qd̄ narrat marcus. Hora sexta manibus gentiliū. qd̄ narrat Iohannes. Circa horā aut̄ nonā inclinatio capite tradidit sp̄m. Ad recolēdā igitur crucifixionem. hora tertia facta in linguis iudeoz clamantius ter crucifige crucifige eum. et rursus tolle: tolle: crucifige eum. sacerdos facit tres cruces super oblatā et calicē. dum dicit sanctificas. viuificas. benedixit. Ad recolēdā v̄o crucifixionē q̄ post intervalū triū horaz̄ facta est manibus gentiliū. cū milites crucifixerūt iesum. sacerdos itez̄ facit tres cruces cū hostia sup calicē sup p̄missis tribus v̄bis. s. p̄ ipm et cum ipoz̄ in ipso. Postmodū aut̄ ad designandā diuisionē carnis et anime dñi morientis facit duas cruces cū ipsa oblatā in ora calicis dum dicit. Est tibi deo' patri om̄ipotētī inuinitate sp̄sancti. Cum em̄ in christo tres sint vnite s̄stantie. vīz diuinitas. corpus. z anima v̄ne tm̄. s. corpus et anima fuerūt i morte diuise. Nam diuinitas a natura est diuisa et sepata. Et p̄pterea non trib⁹ crucibus s̄ duabus mors dñi designatur. Tercz̄ sacerdos faciendo cruces manus sup mensam altaris extendit. qz et christus super arā crucis manus expandit. Iuxta illud p̄pheticū. Expādi manus meas ad populū non credentem mihi. Secundo etiā premisse tres cruces cū

corpore sup nudum calicē facte. significant tres cruciatus quos christus in nuda cruce sustinuit vīz passionem. p̄ passionem et compassionē. Passiones in corpore. Propassionē in mente. Cōpassionē in corde. De passione corporis ait dñs per p̄phetam. Vos omnes q̄ transitis per viam. attendite z videte si est dolor sicut dolor meus. Foderūt ei manus meas z pedes me. di. oīa os. m. De propassionē mēt̄ dñs inquit ap̄t̄s. Tristis est aīa mea vsq̄ ad mortē. cepit em̄ Iesus redere et pauere. cepit contristari et mestus esse. Ex compassione vero cordis pro crucifixoribus orauit ad patrē dicens. Pater ignosce illis qz nesciunt quid faciūt. Si em̄ cognouissent nūq̄ dñm glorie crucifixissent. Et ideo sacerdos facit has cruces cum hostia sup calicē. quia christus sustinuit huiusmodi cruciatus in corpore sup patibulum. Per calicē em̄ passio designat. vt saz dictū est. Tercio mō tres cruces cū hostia sup calicē facte. significāt fidem Ceterosionis dicētis Mat. xxvij. Vere filius dei erat iste. z ita cognouit eū vnū esse in trinitate. s. xpm deū z hominem. Due vero que fiunt in ora seu latere calicis. designant duo sacramēta q̄ de latere xpi p̄fluxerūt. vīz aq̄ regeneratōis z sanguis redēptōis. iux̄ testimoniū tohāns dicētis. Vnus militū lācea lateris eius aperuit. z continuo exiit sanguis z aq̄. Et iō immediate post has duas cruces later⁹ calicē i quibusdā eccl̄ijs cū hostia tāgit. p̄ qd̄ p̄cessio lateris xpi cū lancea militis designat. Quarto tres premisse cruces in quibusdā eccl̄ijs ita fiunt et bñ Naz̄ prima que fit sup. p̄ ipsum. fit sup os calicis exterioris. signans qz deus est extra omnia non exclusus. Secunda que fit sup. cum ipso. fit pax inferi⁹ sub prima. vīz a labio calicis in labium. signans qz deus est sup omnia non elenatus. Tercia que fit sup. in ipso. fit intra

os calicis. circa mediū p̄cussat̄s eius. significās q̄ ē intra omnia nō inclusus. Quarta q̄ sit sup̄ deo patri. sit a medio oris calicē recto dyametro s̄ faciē sacerdotē significās q̄ oia q̄ in mysterio misse occulte agunt̄. In fine nobis añ octos ponent̄. Quinta q̄ sit sup̄. in vnitate sp̄s trinitatis. sit a laterē calicis inter ip̄m calicē et sacerdotē vicz descēdendo a summitate calicis s̄ pedē significās q̄ de⁹ ē subter oia non p̄ssus seu p̄strat⁹. Quidam tñ de his duabus vltimis nō faciunt nisi vnā. Quinto dicte tres cruces significant tres cruciat⁹ q̄s xp̄s sustinuit tribus tp̄ibus. vicz añ mortē a lapas. flagella. sp̄ura. et h̄mōl. in morte crucifixionē. et post mortē lateris p̄forationez. Prima sign̄ primū. sc̄da secundū. tertia tertiū. quarta v̄o significat separatōez aie a corp̄e xp̄i. quinta descēsum in lymbū vel cruciatū i pedibus. Sexto quinq; ordines signoz q̄ s̄nt añ sextū. s. añ tactū calicis cū hostia. qñ vicz de duab⁹ vltimis nō sit nisi vna. significāt quinq; mundi erates. q̄ fuerūt añ xp̄i natiuitatē. Septū vero vicz ipse tactus significat sextū tps̄. s. a christi natiuitate vsq; ad finem mūdi. Ip̄e em̄ vnicus tact⁹ signat dñm semel ascēdisse crucem. vt finē haberet. ip̄a aut̄ res ē cruciat⁹ qui p̄ dictas quinq; erates oibus fiebat hoibus. Notādū igitur est. q̄ sacrificiū septēvicib⁹ signatur in canone. Prima vice ter vbi dicit̄. Hec dona. hec munera etc. Secūda vice quinq; vbi dicit̄. Quā oblationez tu Deus etc. Tercia vice bis. semel vbi dicit̄. Qñ p̄die etc. Ibi gratias agens. b̄ndixit etc. Et itez vbi dicit̄. Sicutq; mor̄. Ibi. Itē gr̄as agēs. Quarta vice quinq; vbi dicit̄. Hostia purā etc. Quinta vice bis vbi dicit̄. Sacrosanctū filij tui corpus etc. Sexta vice ter vbi dicit̄. Sc̄rificas viuificas etc. Septima vice quinq; vbi dicit̄. Per ip̄m etc. pur̄ in ip̄is loc̄ dicitū est. Inter quas septem vices sacrificiū

signatur duob⁹ vicib⁹ bis et duab⁹ vicibus ter. et duabus vicibus quinq; se. prima v̄o vice bis et ter. Signat ergo si mul oibus vicibus fūctū quinq; quinq; q̄ sunt sil. xxv. q̄ numerus p̄ductus sp̄s in seipsum reducit. si ducatur in infinitū. quātumlibet em̄ multiplicet eucharistie sacramentū. sp̄ est idē sacrificiū. Augu. tñ dicit q̄ si tantū semel signum crucis fieret sup̄ panes et vinū sufficere posset. q; semel dñs crucifixus est. In hoc etiā sacramento quinq; sensus corporis. s. visus. auditus. gustus. odorat⁹ et tactus expercentur. s. circa colorē. saporem. odorē. fractionē et sumptionez. vt quinq; sensus anime sp̄uales exuberēt. s. visus intelligentie. auditus obedientie odoratus discretōis. gustus dilectōis et tactus opis. De quibus rep̄t̄ in euāgelio. Dñe quinq; talenta tradidisti mihi. ecce alia quinq; sup̄lucrat⁹ sum. S; et binarius et ternarius bene cōgruunt sacramento. Binarius p̄pter carnē et sanguinem. ternarius p̄pter panes vinū et aquam. Item binarius p̄pter duplices modū edendū. s. sacramētale sub specie panis et vini. et sp̄uale in fide cordis. Et ternarius p̄pter tria q̄ sunt in hoc sacramento discreta. vicz forma visibillis panis et vini. veritas corporis et sanguinis et v̄tus spiritalis vnitatis et charitat̄. De qb⁹ dicitū est i septima p̄ricula sup̄ v̄bo. mysteriū fidei. vt ita ternari⁹ binariū. s. fides trinitatē p̄ dilectōez dei et p̄ x̄mi op̄e. Fīūt igit̄ cruces q̄ quorū h̄nt angulos sup̄ sacrificiū. q; xp̄s dū in cruce pependit t̄ quorū climata mūdi redemit. et septē ordinibus ordinant̄ ad notandū septiformē sp̄s sancti gr̄am q̄ in hoc mysterio necessaria est. Et fere in q̄libet ordine p̄ numerū imparē signacula disponunt. q; corp⁹ xp̄i vnū manēs nō sc̄ndit. Dis honor tanq; dño et gl̄ia tanq; deo. Sequitur. Per oia secula seculorū. nō solū crucis impressio. v̄p̄ etiā voc̄

